

**Incipit liber primus beati Ambrosii de officiis**

**N**on arrogans videri arbitror si inter filios suscipiam affectum docendi. cum ipse humilitatis magister dixerit. Venite filii audite me. timore domini docebo vos. In quo licet et humilitatem verecundie eius spectare et gratia. Dicendo enim timorem domini qui cunctis videtur esse omnibus expressit in signe verecundie. Et tamen cum ipse timor inimicum sapientie sit et effector beatitudinis. quam timentes dominum beati sunt. preceptore se sapientie docende. et demonstratorem beatitudinis adipiscere de euidenter significavit. Et nos ergo ad imitanda verecundiam seduli ad offerenda gratiam non usurpatores. que illi spiritus infudit sapientie. et per illum nobis manifestata et visu optata atque exemplo nobis quasi liberis tradimus. Cum effugere non possumus officium docendi quod nobis refugiens imposuit sacerdotum necessitudo. Dedit etenim deus quosdam quidem apostolos. quosdam autem prophetas. alios vero evangelistas. alios autem pastores et doctores. Non igitur michi apostolorum gratiam vendico. Quis enim hoc nisi quos ipse filius elegit dei. Non prophetarum gratiam. Non virtutem evangelistarum. Non pastorum circumspectionem. sed tantummodo intentionem et diligentiam circa scripturas